



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

90. An pro Episcopis in diesoensatione interstitiourm cum Regularibus
sufficiat sola attestatio Superiorum? Et an Regulares possint ordinari non
seruatis temporum interstitiis? Et an ex priuilegio ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

rat: sed contrarium communiter docent Doctores. Vide Portel. in dub. Regular. verb. Privileg. cessatio per non usum, n. 64. & alios. Nota tamen, quod post hæc scripta inveni Peyrinum de Pralato, q. 3. c. 7. num. 11. docere, dictum privilegium concessum à Gregorio XIII. Societati Iesv, fuisse postea derogatum à Sixto V. vnde hodie neque Patres Societatis posse uti dicto privilegio; sed de ipsis, & de omnibus aliis Regularibus contrarium docet, me citato, Grauantus in addit. Man. Episcop. verb. Ordo in genere, num. 8. Et ego scio in societate dictum privilegium hodie extare in vitridi observantia, & in nostra sententia hodie illo uti possunt alij regulares.

RESOL. LXXXIX.

An dispensatio interstitiorum pertineat ad Episcopum, etiam respectu Religiosorum? Et advertitur, quod iuxta Bullam Greg. XIII. generales Societatis Iesv possunt et ab illis delegatis, dispensare cum suis subditis in interstitiis. Et notatur suspicientes Ordines non servatis interstitiis nullam incurere censuram, vel irregularitatem. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 32.

Sup. conten- to in hoc §. 1. & seq. inf. in Ref. 90 §. 7. & 2. & in Ref. 92. §. Nota etiam, per tot. & supra in Ref. 87. §. ult. & in Ref. 88.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Bonacina de sacram. diffin. 8. quest. 2. n. 34. qui citat Riccium, Barbosam, & Quarantam, idem etiam docet Ledesma in sum. tom. 1. de sacramen. Ordin. cap. 8. concl. 11. in fine. 2. Sed non desunt Doctores contrariam sententiam docentes ex Bulla Gregor. XIII. concessa Societati Iesv. Et ita docet Villalobos in sum. tom. 1. tr. 11. diff. 22. n. 8. & Ioannes de la Cruz in directi. conscient. p. 2. de sacram. Ord. dub. 5. concl. 2. vbi sic ait: Iuxta Bullam Gregor. XIII. pro Societate Generales Ordinum, & ab istis delegati possunt cum suis subditis dispensare in interstitiis. Et hanc sententiam etiam probabilem vocat Ledesma vbi supra. 3. Notandum est etiã hîc contra Henriquez lib. 6. c. 10. n. 3. in gloss. lit. Q. suscipientes Ordines non servatis interstitiis, nullam incurere censuram, vel irregularitatem, quia nulla talis censura in iure invenitur expressa, & ita docent Riccius in collect. decis. p. 3. collect. 176. Zerola in praxi p. 2. verb. Ordo n. 8. Villalobos in sum. tom. 1. tr. 11. diff. 12. n. 2. & alij.

Sup. hoc inf. in Ref. 92. §. ult. & in to. 5. tr. 3. Ref. 45.

RESOL. XC.

An pro Episcopis in dispensatione interstitiorum cum Regularibus sufficiat sola attestatio Superiorum? Et an Regulares possint ordinari non servatis temporum interstitiis? Et an ex privilegio Clem. VIII. concessio Patribus Congregationis S. Iohannis Evangelista in Portugallia, possint Regulares ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum tribus Dominicis, vel Festis continuis, vel interpolatis, non servatis interstitiis à Concilio Tridentino designatis? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 112.

Sup. conten- to in hoc, & seq. §. in Ref. præterita, §. 1. & 2. & inf. in Ref. 92. §. Nota etiam, per totum, & pro parte supra in Ref. 87. §. ult. & in Ref. 88.

§. 1. **A**ffirmativè respondeo, & sic declaravit sacra Cardinalium Congregatio sub his verbis: Non posse dispensare super interstitiis Regularium ordinandorum, sed id pertinet ad Episcopum ordinantem, qui tamen quoad causam dispensationis iudicium suum formare debet ex attestazione Superiorum Regularium, & hanc declarationem Cardinalium invenies apud Peyrinum in prinul. Minim. tom. 1. constit. 2. Sixti IV. §. 11. n. 35.

2. Non desinam tamen hîc adnotare, quod Villalobos in sum. tom. 1. tract. 11. diff. 12. num. 8. refert quoddam privilegium cõcessum Societati Iesv, cuius etiam meminit Emanuel Rodriguez in op. de Reg. tom. 2. q. 13. art. 5. nempe ut possint Religiosi promoveri ad sacros Ordines, etiam Presbyteratus, absque vlla functione in ipsis Ordinibus, aut observatione interstitiorum. Quo privilegio frui possunt alie Religionis communicantes, non obstante prohibitione communicationis huius gratiã expressè facta à Gregor. XIII. in dicta constit. ut probat Emanuel Rodriguez, art. 6. circa fin. quem sequitur novissimè Hieronymus Rodrig. in comp. 99. Regul. ref. 1. ob. n. 20. & licet Villalobos vbi supra, sentiat debere in hoc Religiosos se conformare consuetudini propter constitutiones Pontificum contra malè promotos, quod tenent, & consultius videtur, licitum tamen & tutum esse ait Hieronymus Rodrig. vbi supra, ut dicto privilegio, quod nõ est reuocatum, sed potius confirmatum, ut latè probat Emanuel Rodrig. loco citato.

3. Adde quod Laurentius Portel in dub. Regular. verb. Ordines sacri, num. 4. refertur se vidisse in Compendio Religionis Patrum Congregationis S. Iohannis Evangelista in Portugallia privilegium Clementis VIII. concessum dictis Patribus die 23. Novembris 1596. ut possint ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum tribus Dominicis, vel festis continuis, vel interpolatis, non servatis interstitiis à Concilio Tridentino designatis, quare Portel loco citato, est amplissima, & magna concessio pro hac materia, & ideo illam mente tenent Regulares, & Domini Episcopi.

RESOL. XCI.

An constitutio Pij II. circa susceptionem Ordinum extra tempora, vel sine aïmfortis, & licentis necessariis, comprehendat Regulares? Ex pat. 8. tract. 7. de Misc. Ref. 59.

§. 1. **N**on incurere Regulares in penas dicta Bulla, putat novissimè Santorus in comm. sup. pag. ad constit. Minor. cap. 2. stat. 57. concl. 3. vbi sic ait: Probabilis est sententia, quod in Extrauag. Pij II. non includantur Regulares, contra quod senserunt Miranda cit. art. 6. concl. 2. n. 1. Barbofa de potest. Episcop. alij. n. 14. Rodrig. tom. 3. q. 24. art. 8. Rodrig. altera res. 106. n. 10. Marchinus in alt. 3. part. 5. num. 6. Quæ ranta verb. Ordo pag. 376. §. quibus sic specialiter, qui citat Mandosium, dicitque esse rem indubitam, Portel verb. Ordines sacri, n. 13. Ratio est; quia in ead fit mentio de Regularibus, & in odiosis nomine Clerici non veniunt Monachi, vel Regulares, ut latè idem Miranda in oppositum adducit.

2. Nec eorum responsio pervincit, quod etiam Regulares sunt Clerici, & materia Ordinum est communis; quia si hoc valeret, in multis comprehenduntur Regulares, in quibus ex alio principio non comprehenduntur. Nec etiam valet aliorum responsio, quod Sixtus V. confirmando Bullam Pij II. illam expressè ad Regulares extendit, quia, ut dictum est, fuit reuocata in omnibus, & redacta ad terminos iuris, & Bulla Pij II. in quibus non fit mentio de Regularibus, & ita cessavit extensio, sicuti & censuræ, vnde Clem. VIII. illam reuocans ait, supra dictas litteras ad terminos factorum Canonum, & constitutionis reu. mem. Pij Pap. II. & ad dispositionem decretorum S. Concilij Trident. restringimus, & reducimus. Nec non censuras, & penas in istdem Sixti licentia contra quoscumque, & abolemus. Et cõsequenter

Sup. to in latè 3. tr. 101. 1. leg. Sup. to in R. leg. Sup. supra 89. c. 11. anno

ANTON OPERA Tom. 1. de E III